

THR. adparet servom hunc esse domini pauperis
miserique. *GN.* nam hercle nemo posset, sat scio,
35 quĩ haberet qui pararet alium, hunc perpeti.

PA. tacẽ tu, quem te ego ẽsse infra infimos omnis puto
homines ; nam qui huic animum adsentari induxeris, 490
e flamma petere te cibum posse arbitror.

THR. iamne imus? *TH.* hos prius intro ducam et quae volo
40 simul imperabo : poste continuo exeo.

THR. ego hĩnc abeo : tũ ĩstanc opperire. *PA.* haud con-
venit

una ire cũm amica imperatorem in via. 495

THR. quid tibi ego multa dicam? domini similis es.

GN. hahaha. *THR.* quid rides? *GN.* istuc quod dixi
modo ;

45 et ĩllud de Rhodio dictum quom in mentem venit.

sed Thais exit. *THR.* abĩ prae, curre, ut sint domi

parata. *GN.* fiat. — *TH.* diligenter, Pythias, 500

fac cures, si Chremes hoc forte advenerit,

ut ores primum ut maneat ; si id non commodumst,

50 ut redeat ; si id non poterit, ad me adducito.

PY. ita faciam. *TH.* quid? quid aliud volui dicere?

ehẽm curate istam diligenter virginem :

domi ădsiti' facite. *THR.* eamu'. *TH.* vos me sequimini. 505

iii

CHREMES PYTHIAS

CH. Profecto quanto mage magisque cogito,
nimirum dabit haec Thai' mihi magnum malum :